WENCESLAUS BRACK

Konstanz, 1492-1494 Seite 89r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8132
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



forte · neqz fumosum · sz album, subtile · clarum ·
tenue et pauciferum, etatis sue in consistencia
mediocre · quod non nouum, aut crudum · neqz
valde vetus et amarum · Hoc aptum erit, pro infusione
capitalium defectiuum · qui cum secundum plinium
fiunt a frigido · congruum est, res miscere calidas ·
flegma subtiliantes, consumentes · in qz fumum resol-
uentes, vt etiam caput perinde confortetur · quod sua
propria natura respiciunt · Ut Recipe
radicum peonie libras tres · radicum brionie
siue alfessere, quod idem est · libram vnam et
mediam · gariofilate libram vnam · florum
lauendule · foliorum anthos siue rorismarini
quod idem est libram mediam · betonice · saluie
maiorane · cuiusqz quartum vnum et medium ·
incidantur mediocriter radices · componuntur demum
omnia · et infundum vasis descendunt · siue
in sacculo · aut ingenio qualicumqz · preterea gariofilorum
et cubebarum · granorumqz paradisi, cuiusqz me-
diocriter tritorum, vncia vna, in sacculo
ad medium vasis suspendatur · Et desuper vinum
quod prediximus ad vrnas duas infundatur ·
vasqz cooperiatur · et post mensem loco summe
medicine bibatur · Hic advertendi sunt canones
Canon primus Tale vinum operosius erit · in
corporibus premundificatis · Quod licet dicere de omni
vino, principaliumqz cuiquam membrorum conuenienti

folia anthos i. rorismarini
betonica
salua
maiorana
gariofili
cubebi
grana paradisi